



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 26. De reliquis articulis Græcos inter & Latinos controversis actum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

**Saccul. XV.** buerunt, decreta que, ut illico decem  
A.C. 1439. Viri utrinque deligerentur, huic professio-  
ni ultimam applicatur manum; subor-  
ta enim erant ob vocem *Per*, nonnulla  
dubia, brevi tamen sublata, ubi Græci  
hac super re mentem suam apertius in-  
dicarunt, quæ eorum *declaratio* unanimi  
Latinorum consensu acceptata fuit. I-  
gitur scripta hæc formula a Græcis, La-  
tinisque approbata, die octava ejusdem  
mensis Junii Græco-Latino sermone con-  
cepta, palam perlecta est, cunctis utrius-  
que partis festive applaudentibus, ac  
cum ingenti communis gaudii significa-  
tione in pacis oscula, necnon in mutuo  
amplexus ruentibus.

## §. XXVI.

*De reliquis articulis Græcos inter &  
Latinos controversis actum.*

**Aria Græca** Postridie delecti sunt Metropolitæ, Rhô-  
**Conc. Flor.** tenus, Nicænus, Trapezuntinus, &  
**p. 490. to. 13.** Mitylenensis, qui summum Pontificem  
**Conc. Labbe** adirent, ac communis concordiæ num-  
cium deferrent, quibus Papa respondit,  
*Nos Dei beneficio sumus conjuncti, & con-*  
*venimus in præcipuo dogmate, de quo am-*  
*bigebatur, & nihil est, quod amplius de i-*  
*dicamus. Age nunc de Purgatorio quo-*  
*que igne, & Principatu primæ Sedis, & de*  
*fermentato & azymo, deque divino sacri-*

cio dubitationem agitemus. Patriarcha, Sæcul. XV.  
 tam salutare unionis negotium, prius- A.C.1439.  
 quam mors ei oculos occluderet, omni-  
 bus numeris absolutum intueri deside-  
 rans enixe flagitavit, ut postrema adhuc  
 Sessio celebraretur, in qua utriusque Ec-  
 clesiæ consensio solemni decreto fancire-  
 tur. Verum pio Seni reponebatur, ad  
 plenam perfectamque unionem requiri, ut  
 etiam in reliquis articulis communis da-  
 retur assensus: bono interim animo eum ju-  
 bebant esse, dicentes de illis brevi futura  
 optatam quoque sententiam, eo quod Depu-  
 putati, quos Ferrariae nominatos sciret,  
 ut controversas hasce quæstiones intra  
 semestre a prima Sessione usque ad se-  
 cundam excurrens in particularibus Con-  
 gregationibus discuterent, jamjam potis-  
 simam earum partem, præcipue articu-  
 lum de purgatorio, feliciter absolvissent.

### §. XXVII.

#### Josephi Patriarchæ Constantinopoli- tani obitus.

Hanc ob caussam Patriarcha ultimo, Part. II.  
 quod adeo expetierat, solatio privatus Conc. Flor.  
 est, ad vesperam eodem adhuc die 9. Ju- to. 13 p. 113r  
 nii subitanea morte præventus, postquam Onurhr. in  
 pridie ante suum obitum adhuc professio- chron.  
 nal fidei de processione Spiritus Sancti Phranx. I. I.  
c. 36.

Ff 3 manu